1533. 24. Maii.

Sigismundus Rex Poloniae.
Alberto Duci Prussiae.

53

Illme Princeps et Domine Nepos Charissime
Intelleximus ex literis Illmae Vrae quervi illius
subditum, Jacobum Proloch de Officiali Nro Vecti
galium in Samogitia Praefecto quod Theloneum
insolitum ab illo vi et injuria exegerit, in qua re
etsi nos hactenus ab Officiali Nro praedicto, edocti
non sumus, credimus tamen hoc quod institum vi
detur. Illmae Vestrae, subdito illum ratione novi per
nos illic instituti Thelonii exegisse quod si ita fe
cerit, neq injuria neq illicite fecisse videri debet.
Verum cum Nos rem ut se habeat ignoremus, da
bimus ad officialem nostrum et Thesaurarium Ma
gni Ducatus Nri Litvaniae, literas ut quodultra
formam, et institutionem novi Thelonii exegerit, si
ne mora Illmi Vrae, subdito restituat, et de damno
ac interesse, cum illo transigat quod illum indu
bie facturum scimus, et si tamen non fecerit, nos ipsi
justitiam Illmi Vrae subdito ministrare alia ra
tione, curabimus.
Cupimus Illmam Vestram optime valere, et fe
licem esse, semper. Datum Cracoviae 24 Maii
Anno Domini 1533. Regni Nostri 27.